



Cambridge Pre-U

LATIN

9788/02

Paper 2 Prose Literature

October/November 2020

1 hour 30 minutes



You must answer on the answer booklet/paper.

You will need: Answer booklet/paper

INSTRUCTIONS

- Answer **three** questions in total:
Section A: answer **two** questions on your chosen prescribed text.
Cicero: Answer Question 1 and **either** Question 2 **or** Question 3.
Livy: Answer Question 4 and **either** Question 5 **or** Question 6.
Section B: answer **one** of the three questions set on your chosen prescribed text.
Cicero: Answer Question 7 **or** Question 8 **or** Question 9.
Livy: Answer Question 10 **or** Question 11 **or** Question 12.
- If you have been given an answer booklet, follow the instructions on the front cover of the answer booklet.
- Use a black or dark blue pen.
- Write your name, centre number and candidate number on all the work you hand in.
- Do **not** use an erasable pen or correction fluid.
- At the end of the examination, fasten all your work together. Do **not** use staples, paper clips or glue.

INFORMATION

- The total mark for this paper is 60.
- The number of marks for each question or part question is shown in brackets [].

This syllabus is regulated for use in England, Wales and Northern Ireland as a Cambridge International Level 3 Pre-U Certificate.

This document has **12** pages. Blank pages are indicated.

Section A

Answer **two** questions from your chosen prescribed text.

EITHER

Cicero, *In Verrem* 2.5. 80–107, 112–30

Answer Question 1 and **either** Question 2 **or** Question 3.

OR

Livy 39. 8–19, 42.5–44.9, 49–52

Answer Question 4 and **either** Question 5 **or** Question 6.

Cicero, *In Verrem* 2.5. 80–107, 112–30

- 1 Translate the following passage into English. Write your translation on **alternate** lines.

posteaquam paulum proiecta classis est et Pachynum quinto die denique adpulsa, nautae coacti fame radices palmarum agrestium, quarum erat in illis locis, sicuti in magna parte Siciliae, multitudo, colligebant et iis miseri perditique alebantur; Cleomenes autem, qui alterum se Verrem cum luxurie ac nequitia tum etiam imperio putaret, similiter totos dies in litore tabernaculo posito perpotabat. ecce autem repente, ebrio Cleomene, esurientibus ceteris, nuntiatur piratarum esse navis in portu Odysseae, nam ita is locus nominatur; nostra autem classis erat in portu Pachyni.

Cicero, *In Verrem* 2.5. 87

[10]

EITHER

- 2** Read the following passage and answer the questions.

Helorum versus, ut ipse Cleomenes, ita ceteri navigabant, neque ii tam praedonum impetum fugiebant quam imperatorem sequebantur. tum ut quisque in fuga postremus, ita in periculo princeps erat; postremam enim quamque navem piratae primam adoriebantur. ita prima Haluntinorum navis capit, cui praeerat Haluntinus homo nobilis, Phylarchus, quem ab illis praedonibus Locrenses postea publice redemerunt; ex quo vos priore actione iurato rem omnem causamque cognostis. deinde Apolloniensis navis capit, et eius praefectus Anthropinus occiditur. haec dum aguntur, interea Cleomenes iam ad Helori litus pervenerat; iam sese in terram e navi eiecerat quadrirememque fluctuantem in salo reliquerat. reliqui praefecti navium, cum in terram imperator exisset, cum ipsi neque repugnare neque mari effugere ullo modo possent, adpulsis ad Helorum navibus Cleomenem persecuti sunt. tum praedonum dux Heracleo, repente praeter spem non sua virtute sed istius avaritia nequitiaque vitor, classem pulcherrimam populi Romani in litus expulsam et ejectam, cum primum invesperasceret, inflammari incendique iussit. o tempus miserum atque acerbum provinciae Siciliae! o casum illum multis innocentibus calamitosum atque funestum! o istius nequitiam ac turpitudinem singularem! una atque eadem nox erat qua praetor amoris turpissimi flamma, classis populi Romani praedonum incendio conflagrabat. adfertur nocte intempesta gravis huiusce mali nuntius Syracusas; curritur ad praetorium, quo istum ex illo praeclaro convivio reduxerant paulo ante mulieres cum cantu atque symphonia. Cleomenes, quamquam nox erat, tamen in publico esse non audet; includit se domi; neque aderat uxor, quae consolari hominem in malis posset.

Cicero, *In Verrem* 2.5. 90–92

- (a) Lines 1–13 (*Helorum . . . iussit*): what is striking about this account of an encounter with pirates? [15]
- (b) Lines 13–21 (*o tempus . . . posset*): discuss the tone of these lines. [10]

[Total: 25]

OR

- 3 Read the following passage and answer the questions.

per deos immortales! quo tandem animo sedetis, iudices, aut haec quem ad modum auditis? utrum ego desipio et plus quam satis est doleo tanta calamitate miserique sociorum, an vos quoque hic acerbissimus innocentium cruciatus et maeror pari sensu doloris adficit? ego enim cum Herbitensem, cum Heracliensem securi percussum esse dico, versatur mihi ante oculos indignitas calamitatis. eorumne populorum cives, eorum agrorum alumnos, ex quibus maxima vis frumenti quotannis plebi Romanae illorum operis ac laboribus quaeritur, qui a parentibus spe nostri imperi nostraequae aequitatis suscepti educatique sunt, ad C. Verris nefariam immanitatem et ad eius funestam securem esse servatos? cum mihi Tyndaritani illius venit in mentem, cum Segestani, tum iura simul civitatum atque officia considero. quas urbes P. Africanus etiam ornandas esse spoliis hostium arbitratus est, eas C. Verres non solum illis ornamentis sed etiam viris nobilissimis nefario scelere privavit. en quod Tyndaritani libenter praedicent: 'nos in septemdecim populis Siciliae numeramur, nos semper omnibus Punicis Siciliensibusque bellis amicitiam fidemque populi Romani secuti sumus, a nobis omnia populo Romano semper et belli adiumenta et pacis ornamenta ministrata sunt.' multum vero haec iis iura profuerunt in istius imperio ac potestate! vestros quondam nautas contra Carthaginem Scipio duxit, at nunc navem contra praedones paene inanem Cleomenes ducit; vobiscum Africanus hostium spolia et praemia laudis communicavit, at nunc, per Verrem spoliati, nave a praedonibus abducta, ipsi in hostium loco numeroque ducimini.

5

10

15

Cicero, *In Verrem* 2.5. 123–125

- (a) Lines 1–10 (*per deos . . . considero*): how does Cicero show his indignation in these lines? [13]
- (b) Lines 10–19 (*quas . . . ducimini*): in what ways is the argument in these lines forceful? [12]

[Total: 25]

[Section A total: 35]

Livy 39. 8–19, 42.5–44.9, 49–52

- 4 Translate the following passage into English. Write your translation on **alternate** lines.

confestim mulier exclamat Hispalae concubitu carere eum decem noctes non posse; illius excetrae delenimentis et venenis imbutum nec parentis nec vitrici nec deorum verecundiam habere. iurgantes hinc mater, hinc vitricus cum quattuor eum servis domo exegerunt. adulescens inde ad Aebutiam se amitam contulit, causamque ei cur esset a matre electus narravit. deinde ex auctoritate eius postero die ad consulem Postumium arbitris remotis rem detulit. consul post diem tertium redire ad se iussum dimisit. ipse Sulpiciam, gravem feminam, socrum suam percunctatus est ecquam anum Aebutiam ex Aventino nosset.

Livy 39. 11

[10]

EITHER

- 5 Read the following passage and answer the questions.

hic Postumius accensus ira tum quoque ait eam cum Aebutio se amatore cavillari credere, non in domo gravissimae feminae et cum consule loqui. et Sulpicia attollere paventem, simul illam adhortari, simul iram generi lenire. tandem confirmata, multum incusata perfidia Aebuti qui optime de ipso meritae talem gratiam rettulisset, magnum sibi metum deorum quorum occulta initia enuntiaret, maiorem multo dixit hominum esse, qui se indicem manibus suis discerpturi essent. itaque hoc se Sulpiciam, hoc consulem orare, ut se extra Italiam aliquo amandarent ubi reliquum vitae degere tuto posset. bono animo esse iubere eam consul, et sibi curae fore dicere ut Romae tuto habitaret. tum Hispala originem sacrorum expromit: primo sacrarium id feminarum fuisse, nec quemquam eo virum admitti solitum. tres in anno dies statos habuisse, quibus interdiu Bacchis initiarentur; sacerdotes in vicem matronas creari solitas. Pacullam Anniam Campanam sacerdotem omnia tamquam deum monitu immutasse; nam et viros eam primam filios suos initiasse, Minium et Herennium Cerrinios, et nocturnum sacrum ex diurno, et pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus dies initiorum fecisse. ex quo in promiscuo sacra sint et permixti viri feminis et noctis licentia accesserit, nihil ibi facinoris, nihil flagitii praetermissum. plura virorum inter sese quam feminarum stupra esse; si qui minus patientes dedecoris sint et pigiores ad facinus, pro victimis immolari. nihil nefas ducere, hanc summam inter eos religionem esse. viros velut mente capta cum iactatione fanatica corporis vaticinari; matronas Baccharum habitu crinibus passis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim, demissasque in aquam faces, quia vivum sulphur cum calce insit, integra flamma efferre.

Livy 39. 13

- (a) Lines 1–9 (*hic . . . expromit*): how does Livy make these lines dramatic? [12]
- (b) Lines 9–21 (*primo . . . efferre*): how does Hispala's account build to a climax in these lines? [13]

[Total: 25]

OR

- 6 Read the following passage and answer the questions.

eventus memorabilis est, quod cum bello superiores essent Achaei, Philopoemen praetor eorum capit, ad praeoccupandam Coronen, quam hostes petebant, in ita valle iniqua cum equitibus paucis oppressus. ipsum potuisse effugere Thracum Cretensiumque auxilio tradunt, sed pudor relinquendi equites, nobilissimos gentis ab ipso nuper lectos, tenuit. quibus dum locum ad evadendas angustias cogendo ipse agmen praebet sustinens impetus hostium, prolapso equo et suo ipse casu et onere equi super eum ruentis haud multum afuit quin exanimaretur, septuaginta annos iam natus et diutino morbo ex quo tum primum reficiebatur viribus admodum attenuatis. iacentem hostes superfusi oppreserunt; cognitumque praetorem a verecundia memoriaque meritorum haud secus quam ducem suum attollunt reficiuntque, et ex valle devia in viam portant, vix sibimet ipsi piae necopinato gaudio credentes. pars nuntios Messenen praemittunt debellatum esse, Philopoemenem captum adduci. primum adeo incredibilis visa res ut non pro vano modo sed vix pro sano nuntius audiretur; deinde ut super alium aliis idem omnes affirmantes veniebant, tandem facta fides, et priusquam adpropinquare urbi satis scirent, ad spectaculum omnes simul liberi ac servi, pueri quoque cum feminis, effunduntur. itaque clauserat portam turba dum pro se quisque, nisi ipse oculis suis credidisset, vix pro comperta tantam rem habiturus videretur. aegre summoventes obvios intrare portam qui adducebant Philopoemenem potuerunt. aeque conferta turba iter reliquum clauserat; et cum pars maxima exclusa a spectaculo esset, theatrum repente quod propinquum viae erat compleverunt et, ut eo adduceretur in conspectum populi una voce omnes exposcebant.

5

10

15

20

Livy 39. 49

- (a) Lines 1–12 (*eventus . . . adduci*): discuss the presentation of Philopoemen in these lines. [13]
- (b) Lines 12–21 (*primum . . . exposcebant*): how does Livy show the excitement generated by the capture of Philopoemen in these lines? [12]

[Total: 25]

[Section A total: 35]

Section B

Answer **one** of the three questions set on your chosen prescribed text.

You should refer in your answer both to the text itself and, where relevant, to the wider historical, social, political and cultural context. Credit will be given for engagement with secondary literature, where appropriate.

EITHER

Cicero, *In Verrem* 2.5. 80–107, 112–30

Answer **either** Question 7 **or** Question 8 **or** Question 9.

OR

Livy 39. 8–19, 42.5–44.9, 49–52

Answer **either** Question 10 **or** Question 11 **or** Question 12.

Cicero, *In Verrem* 2.5. 80–107, 112–30

EITHER

- 7 Read the following passage and answer the question.

includuntur in carcerem condemnati; supplicium constituitur in illos, sumitur de miseris parentibus nauarchorum; prohibentur adire ad filios, prohibentur liberis suis cibum vestitumque ferre. patres hi quos videtis iacebant in limine, matresque miserae pernoctabant ad ostium carceris ab extremo conspectu liberum exclusae; quae nihil aliud orabant nisi ut filiorum suorum postremum spiritum ore excipere liceret. aderat ianitor carceris, carnifex praetoris, mors terrorque sociorum et civium Romanorum, lictor Sextius, cui ex omni gemitu doloreque certa merces comparabatur. ‘ut adeas, tantum dabis, ut cibum tibi intro ferre liceat, tantum.’ nemo recusabat. ‘quid? ut uno ictu securis adferam mortem filio tuo, quid dabis? ne diu crucietur, ne saepius feriatur, ne cum sensu doloris aliquo spiritus auferatur?’ etiam ob hanc causam pecunia lictori dabatur.

5

10

Cicero, *In Verrem* 2.5. 117–118

Examine the emotional impact of Cicero's *In Verrem*. Answer with reference both to the above passage and to the rest of the prescribed text.

[25]

OR

- 8 How does Cicero give variety to his account of Verres' crimes?

[25]

OR

- 9 In *In Verrem* is Cicero criticising Roman imperialism?

[25]

Livy 39. 8–19, 42.5–44.9, 49–52**EITHER**

- 10** Read the following passage and answer the question.

eum puerum, per lasciviam cum cavillaretur, exprobrare consuli persaepe solitum quod sub ipsum spectaculum gladiatorium abductus ab Roma esset ut obsequium amatori venditaret. forte epulantibus iis, cum iam vino incaluisserent, nuntiatum in convivio esse nobilem Boium cum liberis transfugam venisse; convenire consulem velle ut ab eo fidem praesens acciperet. introductum in tabernaculum per interpretem adloqui consulem coepisse; inter cuius sermonem Quinctius scorto ‘vis tu’ inquit ‘quoniam gladiatorium spectaculum reliquisti, iam hunc Gallum morientem videre?’ et cum is vixdum serio adnuissest, ad nutum scorti consulem stricto gladio, qui super caput pendebat, loquenti Gallo caput primum percussisse, deinde fugienti fidemque populi Romani atque eorum qui aderant imploranti latus transfodisse.

5

10

Livy 39. 42.5

Discuss the theme of death in Livy's narrative. Answer with reference both to the above passage and to the rest of the prescribed text.

[25]

OR

- 11** To what extent does Livy show us a picture of Rome in moral decline in book 39? [25]

OR

- 12** Discuss the view that Livy is more concerned to tell a good story than to tell the truth. [25]

[Section B total: 25]

BLANK PAGE

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced online in the Cambridge Assessment International Education Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations and is freely available to download at www.cambridgeinternational.org after the live examination series.

Cambridge Assessment International Education is part of the Cambridge Assessment Group. Cambridge Assessment is the brand name of the University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which itself is a department of the University of Cambridge.